ſolùm hominibus, ſed Principibus, & Poteſtatibus in cœleſtibus innoteſcit.

At cùm eandem Eccleſiam eſſe intelligis cætum, hunc non ſolùm plebem, peculiaremq́ ac nouam eſſe Rempublicam, quę per baptiſmum nomẽ CHriſto dederit, eiq́ conſecrata ſit crede: ſed & ipſos Eccleſiæ præfectos, atq́ Antiſtites, in quibus poteſtas huius Eccleſiæ potiſsimum reſidet. veriſsimum enim illud Ariſtotelis eſt, ciuitatem id maximè eſſe, quod eſt in ea principale: Ethic: 4.

VNITAS, ECCLESIÆ PROPRIETAS.

Chriſtianos autem ante omnia Spiritus ſanctus edocuit, vnam eſſe Eccleſiam, quia hac proprietate attentè perſpecta, ipſa ſe Eccleſiæ pulchritudo, & veritas mirificè exerit. Nec porrò vna

http://digital.slub-dresden.de/ppn337888388/60